et mansuetudo. et illa interior ista exterior. prius utraque tamen non parva est virtus. Nempe quam paulus ille tam magnus vite magisterium profitetur. || Hodie ergo conversus est paulus. hodie desiit esse saulus. hodie factus est humilis et mitis corde. probat eius confessio cordis humiliationem dum clamat. domine quid me vis facere. magis autem probat ipsa collata gratie magnitudo que nimirum tam multa et tam multum humili data non fuit. | Ceterum mansuetudo quam exterior quedam ut diximus prius et ob hoc manifestior est triplici nobis in conversione hac commendatur. Triplici quidem velut acie mansuetudo nostra pulsatur verborum iniuriis dampnis rerum corporis lesione. In his tribus omnibus exhibito paene omnis exercitatio mansuetudinis. probata illa est virtus quam nichil horum videtur irritare potuisse. Considerare libet quemadmodum paulus super his omnibus in ipsa statim sua conversione temptatus vere eum paulus inveniretur sit in hac parte vere mitis et patiens. Saule saule quid me persequeris. durum est tibi contra stimulum calcitrare. durum equidem verbum verbum increpatorium plenum comminatione. Sane quod ad corpus pertinuit concussus est et prostratus in terra. In rerum vero et dampno quoque probatus est. et valde. siquidem ipsius et lumen oculorum ademptum et apertis ut scriptum est oculis nichil videbat. Expertus est in his tribus et exercitium paria ob que in hac virtute optimatissimum deus exemplar dedit. Sed nec hoc industrie relinquimus vestigandum. Sufficit monere nos formam vere conversionis magna ex parte in hac mansuetudine constitutam ut pudeat eos qui conversi esse debuerint vel in corporis lesione in dampno rerum vel quod magis indignum est in verborum iniuriis inveniri perversos penitus et aversos. ||

Sermo in purificatione beate marie virginis de triplici misericordia.

Hodie templi dominum in templum domini virgo mater induxit. Joseph quoque sistit domino non suum sed eius filium dilectum in quo ei bene complacuit. Agnoscit iustus quem exspectabat anna quoque vidua confitetur. Ab his quatuor primo hodierna processio celebrata est que postmodum in exultatione universe terre in omni loco et ab omni gente celebraretur. Nec sane mirum si tunc parva fuit quandoquidem parvus erat qui suscipiebatur. Nullus ibi locum peccator habuit omnes iusti omnes sancti omnes fuere perfecti. Sed numquid hos tantum salvabis domine. Crescit corpus crescit et ministerium. homines et iumenta salvabis domine quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus. In secunda iam processione precedunt turbe turbe sequuntur nec virgo portat sed asellus. Nemini itaque dedignatur ne ipsis quidem qui computruerant tamquam iumenta in stercore suo. non dedignatur inquam sed si apostolorum vestimenta non desint si doctrina eorum si morum institutio si obiit si caritas cooperiat multitudinem peccatorum. Ex hoc iam processionis sue gloria non censebit indig-

nos magis vero et ipsam que tunc paucis collata videtur nobis quoque ab
ipso licentie est reservata. quod in reservaret posteris qua et pregra-
vit antiquis. David rex et propheta exultavit ut videret diem istum
vidit et gavisus est. Alioquin si non videret non psalleret. Suscepi-
mus inquit deus misericordiam tuam in medio templi tui. Suscepit hanc mise-
ricordiam david suscepit symeon suscepimus et nos et quicumque sunt pre-
destinati ad vitam siquidem christus heri et hodie et in secula. In medio enim tem-
pli misericordia est non in angulo aut diversorio quia non est personarum acceptio
apud deum. In commune posita est. offertur omnibus et nemo illius expers nisi
qui renuit. Derivantur aque tue foras domine deus misericordia immo
fons tuus tibi proprius est et non bibet alienus ex eo. Alienus est non
videbit mortem donec videat christum dominum et servus dimittitur in pace. quod
in dimittatur in pace qui christum dominum habet in pectore. Ipse est enim pax nostra
qui per fidem habitat in cordibus nostris. Tu quo hinc exibis aut mi-
seria que dure immerens christum ignoras. Ignorantia enim dei quidem hic
hoc. Nempe quia lux venit in mundum et dilexerunt homines magis te-
nebras quam lucem. Et lux inquit in tenebris lucet et tenebre eam non
comprehenderunt. Ac si dicat. Et in plateis derivantur aque et alienus
non bibet ex eis. Et misericordia in medio templi est nec tamen accedit quorum ma-
net eterna dampnatio. Audiant verum sunt o miseri qui hec nescitis
ut moneres interim videntes christum dominum non in pace dimittimini sed po-
tius imparati a rugientibus preparatis ad escam. Suscepimus deus miseri-
cordiam tuam in medio templi tui. Longe est hec gratiarum actio a voce illa ge-
mentis. domine in celo misericordia tua et veritas tua usque ad nubes. quidem enim
videtur ne tibi in medio fuisse misericordia cum apud solos celigenas christus haberetur?
At ubi semel incarnatus est christus paululum minus ab angelis factus quo
est dei et hominum mediator et velut lapis angularis pacificavit per sa-
nguinem suum que in celis sunt et que super terram. Ex hoc iam plane suscepi-
mus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Eramus enim et nos natu-
ra filii ire sed consecuti sumus misericordiam. Cuius ire filii et qua miseriam conse-
cuti? Nempe filii ignorantie. ignavie captivitatis et consecuti sumus
virtutem redemptionem. Ignorantia mulieris seducte excecaverat nos
mollicies viri abstracti et illecti a propria concupiscentia enervaverat
nos. malicia dyaboli expositos iuste a deo captivaverat nos. Sic er-
go nascimur universi. Primum quidem hec mitimus habitaculi prorsus
ignari. deinde imbecilles et ignavi ut et si noticia esset nobis via vite
propria tamen impedirent et detinerent terrena. Postremo captivi sub pes-
simo crudelissimoque tyranno ut licet prudentes essemus atque robusti ip-
sa tamen misere servitutis opprimeremur conditione. Nunquid non misera et
miseratione multa opus habet tanta miseria? Sed certe si iam sal-
vati sumus ab hac triplici vi per christum qui factus est nobis sapientia a

deo patre et iusticia et sanctificatio et redemptio. Quanta nobis vigilantia opus est dilectissimi ne forte quod absit inveniantur novissima nostra peiora prioribus si dimittere contingat eum quem tradere ut pote qui non natura eum sed propria voluntate filii nostri sumus. Amplectimur itaque nunc quia in medio templi suscepimus et cum beata anna non dimoveamur a templo. Templum enim dei sanctum est quod estis vos ait apostolus. Prope est hoc nunc prope est verbum in ore nostro et in corde nostro. Denique in cordibus nostris per fidem habitat christus. Hoc templum eius et hec sedes eius nisi forte excidit vobis quia anima iusti sedes sapientie est. Quod ergo frequenter dixi et semper admoneo cupio fratres meos observare et nunc non ambulemus in vanitate ne displiceamus deo. Non sumus amici huius seculi ne dei constituamur inimici. Resistamus quoque dyabolo et fugiet a nobis ut libere iam ambulemus in spiritu et in corde sit conversatio nostra. Siquidem et corpus quod corrumpitur aggravat et enervat et effeminat animum et terrena inhabitatio sensum multa cogitantem deprimit ut ad celestia non assurgat. Unde et sapientia huius mundi stulticia est apud deum. Et a maligno qui sapit et et stultus fiat adiret. Porro in laude suscepit nunc in corde habitat christus in corde loquitur pacem in plebem suam et super sanctos suos et in eos qui convertuntur ad cor. ¶ Item sermo in purificatione beate marie de ordine et modo processionis.

Faciat redemptori nostro qui tam copiose prevenit nos in benedictionibus
5 dulcedinis supplementis infancie sue gaudia nostra multiplicans.
Celebravimus siquidem paulo ante nativitatem circumcisionem apparitionem eius festis. Hodie nobis oblationis ipsius dies illuxit. Hodie namque festivitatem fructus ventris sublimis. Hodie placabilis et deo placens hostia virgineis manibus offertur in templo portatur a parentibus a senibus exspectatur. Offerunt ioseph et maria sacrificium matutinum. Symeon et anna suscipiunt. Ab his quatuor celebrata processio est que per quatuor orbis climata solempnibus hodie gaudiis ad memoriam revocatur. Quia igitur festum hodie et nos ipsi pro recitatione consuetudinis sempiterne acturi sumus processionem non inutile arbitror modum ipsius et ordinem diligentius intueri. Processuri sumus bini et bini candelas habentes in manibus easque succensas non quolibet igne sed qui prius in ecclesia sacerdotali benedictione fuerit consecratus. Adhuc fient sic in processione nostra novissimi primi et primi novissimi et cantabimus in viis domini quoniam magna est gloria domini. Incedimus sane bini et bini procedimus sicut eius ob commendationem fraterne caritatis et socialis vite missos a salvatore discipulos evangelica scriptura testatur. Turbat processionem si quis solitarius incedere curat nec sibi soli nocet sed et ceteris est molestus. Hii sunt qui segregant semetipsos animales spiritum non habentes nec solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Iam vero sicut non est bonum hominem esse solum sic et in conspectu domini vacuum apparere prohibitum. Etenim

arguantur otiositatis ipsi quos nemo conduxit qui iam conducti sunt si
otiosi inventi fuerint quid merentur? Fides quippe sine operibus mor-
tua est. Ipsa denique opera nostra in fervore agenda sunt et in desiderio cor-
dis ut sint lucerne ardentes in manibus nostris. Alioquin timendum est ne for-
te tepidos nos evomere incipiat qui in evangelio loquitur dicens: Ignem
veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat. Hic plane sacer
et laudatus est ignis quem pater sufflavit et misit in mundum et cui lauda-
rit in celis sicut scriptum est: In celis laudate deum dominum. Habet contrarium
adversarius noster ignem perversis desideriorum operum emulatorem. Habet
inimicus ignem suum et ipse ignem concupiscentie carnalis ignem invidie et am-
bitionis quem salvator in nobis non accendere sed extinguere venit. Denique
siquis huiusmodi alienum ignem in divino offerre presumpserit sacrificio eius si pa-
trem habeat Aaron moriatur in iniquitate sua. Porro super hec que
de servanda vita et sanctitate deligenda de operibus bonis et fervore sanc-
to dicta sunt. Humilitatis virtus maxima maxime necessaria est ut ho-
nore preveniamus invicem nec modo pares sed et ipsos inferiores sibi quis-
que preponat quod nimirum humilitatis perfectio est et iustitie plenitu-
do. Et quia hylarem datorem diligit deus et fructus caritatis gaudium
est in spiritu sancto cantemus ut dictum est in viis domini quoniam magna est gloria domini.
Cantemus domino canticum novum quia mirabilia fecit. In quibus omnibus si quis
forsitan profecisse dissimulat et profectum de virtute in virtutem novit
quisquis huiusmodi est in statione non in processione sed ex parte vero et in re-
gressione non progredi regredi est cum nichil adhuc in eodem statu perma-
neat. Porro profectus noster in eo consistit ut sepius dixisse me memini
ut nunquam arbitremur nos apprehendisse sed semper extendamur in anteriora
et conemur incessanter in melius et ipsum imperfectum nostrum divine misericordie obtutibus iugi-
ter exponamus. || Unde supra.

Purificationem beate virginis hodie celebramus que secundum legem
moysi facta est transactis a nativitate domini quadraginta diebus.
In lege enim scriptum erat ut mulier que suscepto semine pepis-
set filium immunda septem diebus octavo circumcideret puerum deinde ablutionem
et purificationem intenta abstineret et ab ingressu templi triginta tribus
diebus quibus expletis offerret filium domino cum muneribus. Sed quis non
advertit in ipso fine huius novo liberam matrem domini ab hoc precepto pe-
nitus esse? Quia dicturus moyses mulierem que pepisset filium immundam esse
non timuerit super matrem domini blasphemie crimen incurrere. Et ideo premisit
suscepto semine. Alioquin nisi parituram providisset sine semine que ne-
cessarius erat de suscepto semine fieri mentionem. Patet itaque quia lex ista
matrem domini non includit que non suscepto semine peperit sicut predictum fuerat per
prophetiam quia novum faceret dominus super terram. Queris quid novum? Mulier inquit
circumdabit virum. Non ab altero viro virum suscepit. Non humana lege con-

piet hominem ſed inter viſcera intacta et integra virum claudet intra ſe ut
intrante et exeunte domino iuxta alium prophetam porta orientalis clauſa in
eternum permaneret. Putas ergo non poterat maneri. Amminus ergo ac diceret.
Quid michi eſt opus purificatione. cur abſtineam ab ingreſſu templi
cum uterus meus neſciens virum templum factus eſt ſpiritus ſancti. cur non ingrediar
templum quia peperi dominum templi. Nichil in hoc conceptu in partu impurum
fuit vel illicitum vel purificandum nimirum cum proles iſta fons purita
tis ſit et purgationis fiat venerit delictorum. quid in me legalis puri
ficet mandatorum obſervatio que puriſſima facta ſum ipſo partu immacu
lata. Vere o beata virgo vere non habes cauſam nec tibi opus eſt puri
ficatione. Sed numquid filio tuo opus erat circumciſione. Eſto inter mulie
res tamquam una earum nam et filius tuus ſic eſt in medio puerorum. Circumci
di voluit et nunc multo magis velit offerri. Offer filium virgo ſacra
ta et benedictum fructum ventris tui domino repreſenta. Offer ad noſtram
omnium reconciliationem hoſtiam ſanctam deo placentem. Omnino acceptabit de
us pater pater oblationem novam et precioſiſſimam hoſtiam de qua ipſe
ait hic eſt filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Sed oblatio iſta
fit fratres dilectiſſimi videtur ubi conſiſtit domino redimitur avibus et illico reporta
tur. Veniet quando non in templo offeretur nec inter brachia ſymeonis ſed ex
tra civitatem extra inter brachia crucis. Veniet quando non redimetur alieno
ſed redimet alios ſanguine proprio. quia redemptionem enim miſit deus po
pulo ſuo. Illud erit ſacrificium veſpertinum. iſtud eſt matutinum. iſtud quidem
eſt iocundius ſed illud plenius. Iſtud enim tempore nativitatis illud autem in
plenitudine etatis. de utroque tamen poteſt accipi quod propheta predixit. Obla
tus eſt quia ipſe voluit. nam et modo oblatus eſt non quia opus habuit non quia
ſub legis edicto fuit ſed quia voluit. Et in cruce nichilominus oblatus eſt
non quia Iudeus prevaluit non quia ipſe meruit ſed quia voluit ‖ Voluntarie
ſacrificabo tibi domine quia voluntarie oblatus es pro noſtra ſalute non pro tua
neceſſitate. Sed quid nos fratres offeremus aut quid retribuemus illi pro
omnibus que retribuit nobis. Ille pro nobis obtulit hoſtiam precioſiorem
quam habuit nimirum qua precioſior eſſe non potuit. Et nos ergo faciamus
quod poſſumus optimum quod habemus offerentes illi. quod ſumus utique noſmet
ipſi. Ipſe ſeipſum obtulit tu quis es qui te offerre cunctaris. Quis michi
tribuat ut oblationem meam dignetur maieſtas tanta ſuſcipere. Duo mi
nuta habeo domine. corpus et animam dico. utinam hec tibi perfecte poſſim in ſacri
ficium laudis offerre bonum enim michi longe quam glorioſius atque utilius ut
tibi magis offeram quam deſerere mihi ipſi nam ad invidiam animi mei contradicatur.
fratres morituro domino iudeus mortuas hoſtias offerebat. ſed iam vi
vo ego dicit dominus nolo mortem peccatoris ſed magis ut convertatur et vivat.
Non vult dominus mortem meam et non libenter offeram illi vitam meam. Hec eſt
enim placabilis hoſtia deo placens hoſtia viva. Sed in oblatione illa tres

fuisse legitur. et in hac quoque tria nichilominus a deo requiruntur. Fuit
in ea oblatione ioseph sponsus matris domini cuius filius putabatur. Fuit et ipsa
virgo mater et puer ihesus qui offerebatur. Sit ergo in oblatione nostra continen
cia virilis. sit continencia coniugalis. sit continencia virilis. Sit magis in proposito a
nimus virilis. sit in continencia castitas virginalis. sit in continencia simplicitas
et humilitas puerilis. || Sermo in septuagesima.

Magna michi consolatio est fratres mei in verbo illo domini. qui ex deo
est verba dei audit propterea enim vos liberter auditis quia ex deo
estis. Nec ignoro quia in loco alio dicit scriptura. Ex ipso et per ipsum
et in ipso sunt omnia. Sed mulco aliter sunt ex eo qui secundum beatum iohannem evange
listam non ex voluntate carnis nati sunt sed ex deo. Unde et invenies ab eodem
iohanne in epistola sua scriptum. Omnis qui natus est ex deo non peccat sed gene
ratio celestis conservat illum. Non peccat inquit idest peccatum non manet in pec
cato quia conservat illum utique ut perire non possit ea que falli non potest celestis
generatio. Sive non peccat idest tantundem est ac si non peccaret pro eo scilicet quod non
imputatur et peccatum generatio enim celestis etiam in hac parte conservat illum. Sed
generationem istam quis enarrabit. Quis potest dicere ego de electis sum ego de
predestinatis ad vitam ego de numero filiorum. Quis inquam potest dicere reclamante
nimirum scriptura nescit homo si sit dignus amore an odio. Certitu
dinem utique non habemus sed spei fiducia consolatur nos ne dubitationis hu
ius anxietate penitus cruciemur. Propterea hoc data sunt signa quedam
et indicia manifesta salutis ut indubitabile sit eum esse de numero electo
rum in quo ea signa permanserint. Propter hoc inquam quos prescivit deus
et predestinavit conformes fieri ymaginis filii sui ut quibus certitudinem
negat causa sollicitudinis vel fiducia prestet gratiam consolationis. Hoc enim
est unde semper solliciti in timore et tremore habemus necesse est sub po
tenti manu dei quia quales sumus nosse possumus vel ex parte. Quales au
tem futuri sumus id nosse penitus nobis impossibile. Itaque qui stat vide
at ne cadat et in ea forma que salutis indicium est et argumentum predestina
tionis perseveret atque proficiat. Porro inter ea que fiduciam prestant et
marcium spei unum id maximum est de quo nunc cepimus loqui. Qui ex deo est
verba dei audit. Non nullos enim sic inter dominum audientes invenies ac si michi
illa ad eos pertineant que dicuntur non inclinare cor suum non discutere mores su
os non cogitare ne forte quod audiunt dominum sit contra eos. Magis autem si for
te sermo dei vivus et efficax qui suo et non eius qui loquitur arbitrio fer
tur quorumque voluerit si inquam manifeste adversus vicia illa processe
rit quibus sese illi sentiunt obligatos dissimulant et avertunt oculos cor
dis aut qualibet adinventione palliant vicia et seducunt mistici semper
In hiis ergo salutis signa non video magis autem vereor ne forte prop
terea non audiant verba dei quia non sunt ipsi ex deo. In vobis fratres gratias
deo vere invenio aures audiendi nimirum cum in emendatione vitam sermo

Rom 8